

IV/V Latin Sight Recitation

“Haec tamen ex aliīs generis primordia dūcunt
ūna est, quae reparet sēque ipsa resēminet, āles:
Assyriī phoenīca vocant; nōn frūge neque herbīs,
sed tūris lacrimīs et sūcō vīvit amōmī.

Haec ubi quinque suae complēvit saecula vītae,
īlicet in rāmīs tremulaeque cacūmine palmae
unguibus et pūrō nīdum sibi construit ōre,
quō simul ac casiās et nardī lēnis aristās
quassaque cum fulvā substrāvit cinnama murrā,
sē super impōnit fīnitque in odōribus aevum.

Inde ferunt, totidem quī vīvere dēbeat annos,
corpore de patriō parvum phoenīca renascī; . . .

Ovid, Met. XV 391-402